MOTUS PROPRIUS SANCTISSIMI D.N.D. PII DIUINA PROUIDENTIA PAPÆ 4. IN...

Cavalieri Pii, Pius 4.>

1101.34

1101
81

Motus proprius Sanctissimi D. N. D. Pii diuina prouidentia Papæ III. in fauorem Dominorum Militum Piorum, super priuilegio Triennii.

ROMAE
Apud Antonium Bladum Impressorem Cameralem.
Anno Domini. M. D. L. X. I I.

PIVS PAPA III.

MOTV PROPRIO &c. Cum nuper Nos vnum Collegium Trecentorum Septuaginta quinq; virorum, quos Milites Pios vocari iussimus, in Alma Vrbe nostra instituerimus, & inter alia priuilegia per nos ipsis concessa, quod durante triennio a data literatum erectionis eiusdem Collegii, officia ipsorum Militum per obitum non vacarent, sed ad hæredes suos, vel alios successores, transirent, & hæredes in illis succederẽt, ac de illis disponere possent, eisdem Militibus cõcesserimus, & indulserimus, prout in nostris inde expeditis literis sub data Tertio Idus Martii Põt. nostri Anno Primo. Quod postea Collegium ad numerum Quingentorũ triginta quinq; ampliauimus, & adauximus, additis illis primis CCCLXXV. aliis CLX. Militibus, cum eis dem facultatibus, & priuilegiis, & præsertim q; eorum pariter officia per triennium non vacarent, sed ad eorũ hæredes, transirent, prout in aliis et nris literis desuper expeditis, sub data Idibus Septembris. Anno Primo nostri Pontificatus, latius continetur. Cumq; Nos in dictis nostris prioribus literis asseruerimus, priuilegium dicti triennii inchoare debere ipsis Militibus a' data dictarum literarum, & q̃plures, imo maxima pars ipsorũ Militum, non tempore datę literarum, sed post multos menses, & per diuersorum mensium intervalla, officia sua huiusmodi a' Dilecto filio nostro Francisco Odescalco Cameræ nostræ Apostolicæ Præsidére emerint, & præsertim ex numero CXXII quæ non sint descripta in calce posteriorum nostrarum literarum, & quæ

in

in personam ipsius Præsidentis collocata fuerunt: Et propterea dubitent ipsi Milites, imo conquerantur, priuilegium dicti triennii si a data priorum literarum inceperit, ipsis abbreuiari, & mancum reddi, & sibi iniquum videri, vt dicto integro triennio gaudere nõ possint, quemadmodum priores Milites, qui de tempore datæ priorum literarum, sua huiusmodi officia emerũt, gaudent, & fruuntur. Nos igitur scientes, & mentis nostræ a principio erectionis dicti Collegii fuisse attestãtes, vt priuilegium dicti triennii omnibus Militibus, tam prioribus, q̃ posterioribus, & tam qui tempore datæ dictarum literarum, q̃ qui post, & tardius, & per diuersorum mensium interualla, officia sua emerunt, ex æquo, & pari iure, & gratia concessum fuerit: ac æquitati semper studentes, & indemnitati simul, & securitati ipsorum Militũ consulere volentes. Motu proprio &c. omnibus, & singulis dicti Collegii nri Militibus Piis tã ex numero priorũ CCCLXXV. quam CLX. posteactorum, qui officia sua emerunt, & qui vsq; ad completum numerum ipsorum CLX in personã dicti Præsidentis positorum, tantum & duntaxat, & non vltra, empturi sunt, & ab ipso Præsidente ement: priuilegiũ dicti triennii (scilicet q; officia ipsorum Militum non vacent, sed ipso triennio durante, ad eorum hæredes deueniant) nõ a data dictarum priorum literarum, sed a die, qua quilibet ipsorum Militũ numero DXXXV. tantum, precium suorum huiusmodi officiorum in manibus dilecti filii nostri Hieronymi Cenli pecuniarũ dictorum officiorum Depositarii, adnumerauerit, inchoare, & currere debere, volumus, & decernimus. Ipsum q; priuilegium triennii cum omnibus suis facultatibus,

tibus,& clauſulis in dictis noſtris prioribus literis con tentum,& expreſſum omnibus ipſis Militibus Piis nu mem DXXXV. tantum iis,videlicet qui deſcripti ſunt in calce poſteriorum noſtrarum literarum, & aliis nu mero CLX (de numem tamen ipſorum DXXXV) in perſonam dicti Præſidentis poſitis, ſuffragari ſimiliter volumus,ac decernimus. Sublata &c. Irritum &c. dictis noſtris prioribus literis, cæteriſq; in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunq;. Et quòd ſola præſentis noſtri Motus proprii ſignatura ſufficiat, & vbiq; in iudicio,& extra fidem faciat: regula quacunq; non obſtante. Et ſuper hoc expedirí poſſint literę tam in forma Breuis,q̄ ſub plumbo: cum clauſulis neceſſa riis,& nportunis.

Placet Motu proprio I.

Dat. Romæ Apud Sanctum Petrum quarto Idus Nouembris Annn Secundo.

2 Inv. 31

49 960096

Ph.D. 31